

Les sources manuscrites de la théorie de la musique
(S. IX-XVI)

München, Bayerische Staatsbibliothek (*D-Mbs*)

CIm 27477, f. 16v-17r

Transcription : Christian Meyer

(sept. 2011 – rév. oct. 2017)

16v

- ¹ De autentis quantum vel descendere vel ascendere possunt
² Naturae talis autenticus esse probatur,
³ Ut queat a fine procedere vocibus octo.
⁴ Huicque licentia dat vocem contingere nonam,
⁵ Undenamque licet aliquando tangere vocem
⁶ Voceque sub fine tantum supponitur una.
⁷ De plagalibus quantum vel ascendere vel descendere possunt
⁸ En quoque natura data collateralibus ut sic
⁹ Ad quintam vocem possunt a fine levare;
¹⁰ Hiisque licentia dat vocem attingere sextam.
¹¹ Ultra si tendit id sine lege manebit.
¹² Octavamque licet aliquando tangere vocem,
¹³ Cum sub fine queunt vocem contingere quintam.
¹⁴ De vocibus in quibus omnes toni finiuntur
¹⁵ In *re* secun- pri-, sed ter- quart- explicit in *mi*.
¹⁶ In *fa* quint- et sext-, sept- et oct- explicit in *sol*.

2-6 LAMBERTUS 246-250 ; TRAD. Hollandr. *passim*, cf. Meyer, *Versus de musica*, p. 119.

8-13 LAMBERTUS (c. 1270) 251-255 ; TRAD. Hollandr. *passim*, cf. Meyer, *Versus de musica*, p. 120.

15-16 TRAD. Hollandr. *passim*, cf. Meyer, *Versus de musica*, p. 115.

- 17 An cantus autentus vel plagalis sit
18 Hinc quoque de facili scire poterit cito cuius
19 Debeat esse modi, si[c] caute respiciatur
20 An magis alte petat cantus quoque tendit ad ima.
21 Nam magis alte tenens <autenticus> esse <probatur>
22 <Sepius ima tenens est> collateralis habendus.
23 De officiis, gradualibus, alleluia et tractibus
24 Sic bis sex voces retinent nam sepe videmus
25 Offertoria cum gradualibus officiisque
26 Alleluiaque vel antiphonas, responsoriaque quedam
27 Et tractus voces cantari per duodenas.
28 Et sic quandoque licet duodenis vocibus uti.
29 De psalmis super antiphonis ⁺...⁺
30 Primus cum sexto *fa sol la* semper habeto
31 Tercius octavus *ut re fa* sicque secundus
32 *La sol la* quartus *ut mi sol* dat tibi quintus
33 Septimus est *mi fa sol* sic omnes esse recordor.
34 De psalmorum versibus mediacionibusque eorundem
35 Septimus et sextus dant *fa mi re mi* quoque primus,
36 Quintus et octavus *fa sol la* sicque secundus,
37 *Sol fa mi fa* ternus, *re ut re mi re* que quaternus.

17r

18-22 LAMBERTUS 275-279

24-28 LAMBERTUS 256-260 ; TRAD. HOLLANDR. XI, cf. Meyer, *Versus de musica*, p. 125

30-33 LAMBERTUS 294-297 ; *al.*

35-37 LAMBERTUS 298-300 ; *al.*

34 mediacionibusque] meditationibusque *cod.*